



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Adulterium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

## ADULTERIUM.

7

est solvendo tempore confessionis, hac praxi est utendum, prout vidi ut quemdam Reverendissimum Archiepiscopum satis pium, & habetur *in c. ex par. il. primo, de ver. sig.* & ibi gl. *in ver. sufficiens*; vel det pignora, vel fidejussores, vel faciat aliquam scripturam, sive apocham confessario cum testibus sub alio colorato titulo, spondens se esse debitorum illi pro tanta pecuniae quantitate, & haec omnia ea prudentia, & grano salis, ut non detegatur directe peccatum, nisi ipse pœnitens hoc permitteret. *Navar. c. 26. n. 7. c. ad hac*, & ibi glos. *in vers. sufficienti, de sent. excom. Staph. de lit. grat. fol. 292. n. 2.* vide Covar. lib. 3. caput. 3. n. 6. var. resol.

**Ad Nonum.** Si loquitur de absolutione in foro judiciali, vide *c. à nobis. sl. 2. de sent. excom. Navar. c. 26. n. 5. notab. 3. Sylv. in ver. absolutio, 3. n. 3.* qua poterit uti etiam in foro conscientie ex parte. Si loquimur de absolutione facienda ab Episcopo, vide *in Pontificali*, & si Episcopus absolverit aliquem ab excommunicatione sine satisfactione, valet absolution, sed male facit sic absolvendo. *Innoc. in capitulo cum ab Ecclesiarum, n. 6. de offic. ord.*

## ADULTERIUM.

**P**rimo. Adulterium nos committitur cum sponsa de futuro, sed solum cum conjugata de praesenti & etiam ante copulam, sive consummationem matrimoni, gloss. *in c. discretionem, in ver. reatum, de eo qui cognovit, Eccl. Gloss. in c. si verò, il primo, in ver. cum uxore, de sent. excom. Covar. de spons. p. 1. cap. 1. n. 8.* nec in primo casu tenetur quis confiteri cir-

cumstantia adulterii. Idem *loc. cit. numero 13. Et 14.* nec in secundo casu esset adulterium, nisi fuerit contractum cum circumstantiis requisitis à sacro Concil. Tid. *sess. 24. c. 1. de refor. matr.* nec incurruunt pœnae impositæ contra adulteros. Covar. *ibidem nn. 14. vers. 5.* Secundo de clericorum adulterorum pœnis: vide Diaz. *pract. Crim. can. c. 79. Et Gril. de pœn. omnif. coit. c. 6.* Tertiò nonnulla contra adulteros optime lancivit Sixtus V. in quadam Bulla, quam videoas, licet sit urbana tantum. Quartò adulterium qua pœna puniatur in muliere confessâ in judicio, Grammat. *decis. 31. per totam, ubi fustigandam & in monasteriorum detrudendam esse dicit. & ita decisum fuisse.* Quintò, & an procedi possit ex officio in hoc delicto; vide eundem *ibid. & Maran. 6. p. tit. 1. n. 170. Et c. 1. de off. ord. Eccl. sollicitatores, de pœn. d. 1. Diaz. loc. cit. & Affl. decis. 36. & And. de Iser. in const. regni. Humanitatem Romanum insing. 654. Hispanum in pract. crim. contraclericos, c. 9.* Sextò probatur verisimiliter per personas domesticas, Jason *in l. non dubium, num. 32. 34. Et 35. de leg. Septimò: in adulterio vero admittitur transactio, secus verò in presumpto, & est quando præmissa tria protestatione, repetitur aliquis alloqui malietem. Jason in lib. transigere numero 5. de transacti. Octavò de jure Codic. est pœna sanguinis, idem *ibidem numero quinto.* Nonò, ob adulterium mulier perdit dotem, & bona paraphernalia, & applicantur marito, *l. consensu de repud.* Jason *in rub. de judic. n. 4. Gloss. in c. plerumque, de donat. inter vir. Et uxor. in ver. donatum.**

**EDICTA**

